



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

21. Cuius nouus an teneatur scire suæ ciuitatis constitutiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

Et ratio est, quia huiusmodi constitutiones synodales ex consuetudine cōmuni sunt vniuersales per totā Italiā, vnde ipsarū ignorantia, non est tolerabilis, nō excusabilis: vt est communis Theorica Bar. & doct. in l. cunctos populos. C. de sum. tri. & fide cath & l. interdū. d. licet ff. de publ. † Quinimō constitutionis diu seruatae ac notoria, ignorātia est supina & crassa. c. 1. de postu. prela. 16 di. quod dicitis l. regula & l. nec supina ff. de iu. & fac. igno. l. si tutor. cum gloss. de peric. & commo. rei vendi. Quod limita plurib. modis. Primò, quod nō habeat † locū in forense, quoniā cōstitutio nō ligat ignorātes extrā de cōsti. cognoscētes c. ut animarū. eo. tit. li. 6. l. si. ff. de decre. ab ordi. fac. Quinimō, si constitutio, vel statutū vellet ligare ignorāte, nō posset: vt c. si. de of. archipresb. & l. forma C. de offi. prae. præt. & ita tenet Lud. in d. cōsi. 228. Secūdo † limitatur, vt procedat in ciue nouello: quia licet antiqui habitatores ciuitatum praesumantur & teneātur scire legem suae ciuitatis: vt in Spec. de cōstit. §. 1. l. 1. ver. quid si extraneus. & Bal. in. l. leges. la vlt. C. de ll. & repe. l. data opera. C. qui accu. nō pos.

L 2 tamen

tamen secus putat in nouello ciue: per tex. quem dicit singularem. in. l. qui cum vno. ver. vlt. ff. de re mili. & addit Ludo. in. d. consil. similem in. l. commeatus. eo. ti.

22 † Tertiò limitatur, vt nõ curret dictum tempus commissario ad eligendum: quia talis commissarius moram purgare potest: vt dicit Bart. in. d. l. cum quidã. & præfati cõsulentis.

Quarto limitatur per Lud. in. d. consil. quando † probaretur quòd executor non possedisset bona, vt executor, sed alio respectu, & ignorans de executione sibi commissã: quia licet præsumatur possidere nomine, quo est deputatus: vt no. gl. ord. in. l. quedam mulier. ff. de rei vend. & probatur in. l. minus in fructus. C. de acqui. pos. tamen in contrarium probatio admitti potest: & non ligabitur ignorans: vt. l. generali. C. de tab. li. 10 & l. si ideo. & l. cum fratrem. C. de his qui. vt indig.

24 Quintò limitatur † per Lud. in. consil. 135. quòd non procedat dicta constitutio in legato factò ad construendum oratorium, vel capellam in domibus testatoris, quando religiosi sunt relictì executores, quia datur annus à monitione episcopi: